SAMMELHANDSCHRIFT MIT THEOLOGISCHEN TEXTEN
um 1455/1460 (Wasserzeichenbefund)
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36925
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



temtatur a dyalo Et cum ieiunasset
quadra ginta diebus et totidem noctibus postea esuriit
Et accedens tentator dixit ei Si filius dei
es dic ut lapides isti panes fiant Qui
respondens dixit Scriptum est Non in
solo pane vivit homo sed in omni verbo quod pro
dit de ore dei Tunc assumsit dyabolus eum in
sanctam civitatem et statuit eum super pin
naculum templi et dixit ei Si filius dei es
mitte te deorsum Scriptum est quia An
gelis suis mandavit de te ut custodiant
te in omnibus viis tuis Et in manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pe
dem tuum Ait illi iesus rursum Scriptum est Non tentabis dominum deum tuum Rursum assum
sit eum dyabolus in montem excelsum valde
et ostendit illi omnia regna mundi et gloriam

cor Et dixit illi Hec omnia tibi dabo si prostratus
adoraveris me Ait dixit ei iesus Vade satha
nas scriptum est enim dominum deum tuum adorabis et illi
soli seruies Tunc reliquit eum dyabolus Et ecce
accesserunt et ministrabant ei

Domica secunda

In illo tempore Egressus iesus secessit in partes tyri
et sidonis Et ecce mulier chanea a fini
bus illis egressa clamabat dicens Miserere
mei domine fili dauid filia mea male a de
monio vexatur Qui non respondit ei verbum
Et accedentes discipuli eius rogabant eum di
centes Dimitte eam quia clamat post nos Ipse
autem respondens ait Non sum missus nisi ad oves
que perierunt domus israel At ia adorauit
eum dicens Domine adiuua me Qui respon
dens ait Non est bonum sumere panem filiorum
et mittere canibus ad manducandum At illa dixit